



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

De Nobilitate, Ejusque Radiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

C. XXIII. HUMANÆ BEATIT. VIII. RADII. 419  
let, Ernestum II. geminum Eminentiss. Principem Cardinalem Ar-  
chiepiscopum invenit Bohemia; quo pari gemmeo Pragensis Eccle-  
siæ facies nobilitabitur in ævum.

### DE NOBILITATE, EJUSQUE RADIIS.

**N**obilitas alienum bonum, Ernesto proprium fuit. Si na- Nobilitas  
tura negasset, Nobilitatem ei Virtus dedit. Gloriari ille virtus non  
Avis & Atavis nobilibus potuit, sed illi longè magis Ernesto, si gnum addit  
viverent, gloriarentur: Majorum enim Nobilitatem factis & pretium.  
honoribus proprijs superavit, ut nè Majores quidem Ernesto  
majores & honoratores essent. Qui virtutem habet, fundum  
& solam habet, ex quo Nobilitas nascitur; facile est fructus le-  
gere, cum tibi foecunda & fælix arbor domi crescit. Nobilita-  
tem Viri magni non obtendunt, sed habent. Infantum est nobi-  
litas nasci, virorum fieri. Illa nobilitas in utero alieno datur, hæc  
in proprio cujusque animo concipitur. Beatus qui nascitur, bea-  
tor qui nobilis fit, beatissimus qui utroque (ortu videlicet &  
factis) nobilitatur. Nobilitas est ut *folium*, quod gemmarum  
fundo subiicitur: nec emitur quidem, nec venditur, sed gemmis  
mirabilem addit *gratiam*, & *aquas* (ut vocant Gemmarij) quâ  
hilaritate nihil oculi vident hilarius. Hoc virtuti Nobilitas.  
Equestri ortus stirpe noster Ernestus, Equestri & triumphali  
porta simul in gloriam, simul in vitam ingressus est; ut eadem  
Cœlum ingrederetur, virtute perfecit. Caput acris Equi & sali-  
entis in hostem, equestri gloriâ partum à Majoribus decus, piâ  
virtute mutavit: Equum hunc ex *campo* & pulvere bellii adegit  
in Cœlum, alisque ingenij, doctrinaq; addidit, ut, velut Pegasus  
ille stellis expressus, luceret; meritóque Metropolitana Pragensis  
Ecclesia in Templi tholo, velut in cœlo suo, inter Imperatorum  
& Regum Zodiacum, hunc Ernesti Equum lucentem collo-  
earet. Quod si huic Equello Horatianu illud inscripseris: *Est in*  
*Equis patrum virtus*, Nobilitatem magni hujus Praesulis expre-  
seris; nam ut Equorum stemmata, sic hominum genus Patres  
suos, Naturâ filiatim ducente, imitatur.

Ggg

AD